

## Urkundenbuch zur Geschichte der mittelrheinischen Territorien (Ed. Beyer) Nr. 245 b

In nomine sancte et individue trinitatis noverit omnium in Christo fidelium tam presentium quam et futurorum industria qualiter ego Uuicfridus sancte treuerice sedis archidiaconus quandam precariam a venerabili abbate Thietfrido sibi que commissa congregatione deo sanctoque Maximino sub regula s. Benedicti in submbio civitatis. Treveris deserviente impetrare studui quam et optinui Dederunt itaque mihi in pago Aiflensi in comitatu Herimanni per manum advocati eorum Uolcperti quod et ego suscepi per manum advocati mei Uolcoldi ecclesiam unam in villa Okisheim constitutam cum omni decimatione et octodecim mansos cum omni integritate tam in mancipiis quam in aedificiis molendinis silvis pratis vineis pascuis cultis et incultis acquisitis et acquirendis aquis aquarumve decursibus. Dedi eis ut id precario conquestarer iure in eodem pago et comitatu per manum advocati mei Uolcoldi quod ipsi susceperunt per manum Uolperti eorum advocati ecclesiam unam in villa Riferesscheit constitutam cum omni decimatione et quinque mansis eiusdem ecclesie dotalibus omnibusque mancipiis villas etiam Bopinga et Musca nominatas et predium quod in Huffelt vineta quoque que iuxta Aram fluvium totum videlicet quod in prenominatis locis hereditario iure possideo cum integritate tam in mancipiis quam in aedificiis etemolendinis pratis silvis cultis et incultis acquisitis et acquirendis aquis aquarumve decursibus ea scilicet ratione ut usque ad terrinum vite mee et quod dedi et quod accepi sceundum precarium ius absque ullius contradictione possideam post obitum vero meum utraque cum omni integritate ad predictum coenobium redeant. Si quis coheredum vel successorum meorum hanc precariam infringere quod quidem non credo fieri voluerit vel aliquid ex his que antea predicto cenobio collata sunt defraudare vel diminvere temptaverit inprimis iram dei sanctique Maximini incurrat et quod machinatur non efficiat coactusque theshaurario imperatoris X libras auri et centum talenta argenti persolvat. Acta est hec traditio publice in comitatu Zulpiche in villa Lumeresdorph astante predicto abbate Thietfrido monachis Folmaro et Hungero confirmata est denovo publice Treuiris in monasterio s. Maximini astante sepedicto abbate cum omni congregatione per predictos advocatos Uolcoldum et Uolpertum sub fideiussoribus quos uulgo saleburgiones vocamus alio Uolcoldo Rorico Gumberto Sigiboldo Uuidone coram testibus quorum nomina hec sunt Hildipolt Erpo Udo Gerard Bernard Uuipreht Beringer Radolt Adelart Hunfridt Gerolt Othnualach Gerlant Euerhart Thiedo Alberich Heriman Amelrich Huprecht Adalpreth Gerarth Anno incarnationis dominice DCCCCLXXV regni domni Ottonis XV imperii autem VIII indictione III.